ne: hoc Tullius ex locis appellat: ⁊ Tullius ait
ſecundo. Ex imaginibus itidem phus: frequēs
meditatio nūcupauit ne quidem in ſn̄ia diſcre
pent. Eſt quippe meditari ad ſe imagines ⁊ in
tellectū materie cape. Quamobrē Joannes
vbi ſupra comparat memoriam vtero mulieris
quemadmodum nanq; in vtero concipitur fe-
tus carnis: ita ⁊ in memoria: hoc eſt ex ſpecie i
memoria ſeruata concipitur verbum mentis:
quod eſt quaſi proles eius. Et proinde tibi con
ſultum habe hoc carmen. Si cupis eſſe memor
bis quattuor accipe claues. Eſto vacans intus:
ſis ſobrius atq; benignus / ordo ſic ⁊ numerus
tibi conſtituatur imago. Et quod concipit tua
mens meditare frequenter. Artificioſa nanq;
memoria ſi hiſce adiuta fuerit (teſte Cicerone
ad Herennium lib. 3.) fieri poteſt vt que acce-
pimus quaſi legentes reddamus: neque mul-
tum intereſt an a vertice an a calce incipia-
mus.

Cōparatio mēorie ad alia.

Obſeruāda diligent

Cicero

## Tractatus Secundus de locorum natura ⁊ fabricatione.

### De Agendorum ordine ⁊ locorum deſcriptione. Capitulum Primum.

Ordo agēdorū.

LOca imagines ⁊ ordinē in hoc exigi
opificio non tam priſcorū acceptaſ
auctoritate q̄ꝫ conuicit praxi quoti
diana: q̄tenus memorandorū ima
gines ſimulachra idola ſiue ideas lo
cis nr̄a phātaſia: depictas recta figurarū diſpo-

ſitiõe firmiť fixe clare ac faciliť recto ꝓpoſtero-
ue ordine cũ libuerit reſumptas pronuncient⁹
eorum ſignificata. Atq3 illis depoſitum fideli-
ter reddentibus prodigium ac mirum quid ef-
feciſſe cenſeamur: quandoquidem omni rumo-
re abacto recenſemus pene infinita collocata
promptiſſime: quod ceteris huius negotij igna-
ris ſuperhumanum videatur. Atq3 tandẽ pro
pius ad rem accedamus. In primis omniu3 lo-
corum finitionem/partitionem/inuentionem/
numerum qualitatem/ ꝛ ordinem indagantes.
Poſtmodum manu noſtra imagines abſolue-
Multi mus/ ꝛ que cetera ſeries expoſtulat. Et quod
plex ac ad primu3 attinet locus quidem a philoſopho
ceptio. varie in diuerſis locis conſideratur vtpote q-
tenus dicibile eſt de genere quantitatis cum
menſurat locatum ſecundum oẽs eius partes:
vel dicibile de genere relationis penes reſpe-
ctum ad locatum: ꝛ ad aliquid ſecundum dici
eſt: vel de genere qualitatis prout generatiõis
eſt principium ſimul ꝛ conſeruationis ſecundũ
Diffini- qualitates actiuas ꝛ paſſiuas que ſunt in loco.
tio loci ¶ Sed hec miſſa faciẽtes locum accipimus ab
Ariſto. 4. philo. Quod videlicet eſt terminus
corporis continentis immobilis primum. Eſt
nanq3 ſecundum bea. Thomam. 2. diſtin. 12. q.
S. Th. 5. art. 1. locus idem per eſſentiam quod ſuperfi
2. diſt. 2 cies corporis locantis. Quod autem diu⁹ Tho
q. 5. ar. 1 mas dicit. Superficies: id a philoſopho termi-
nus nuncupatum erat. Terminus enim conca
ua eſt ſuperficies ſiquidem interior ea eſt corpo
ris continentis ꝛ vltima: vltra illam nempe il-
lius corporis non eſt alia interior: ꝛ proinde dĩ

locus

Digitized by Google

locus & fini eam vnuz corpus ꝯtinet alteꝝ. Corporis aũt exterior ſupficies cõuexa cuiuſmodi eſt terre aquã tangẽtis & aque extremã aeris. Extrema ãt aeris ignẽ ꝯtingentis: & id genus reliquoꝝ: nõ eſt locus non equidẽ penes ipſam corpus eſt locus qn potius locat: qꝛ nõ cõtinet ſed magis ꝯtinetur ab altero. Relinquit hinc locũ eſſe terminũ ſiue ſupficiem ꝯcauam corporis alterũ ꝯtinentis: vt ſupficies dolij liquoreȝ ꝯtinentis eſt locus liquoris illius. Et pariformiter in hoc nr̃o opificio dicimus locũ eſſe ſuperficiem alicuius rei natura vel arte operave fabrili ſiue mechanica: aut nr̃a imaginatione effectã: quatenus in ea ſola imaginaria virtute: ſimitudinẽ/ſiue idolũ/aut ſimulachrum/vel imaginẽ effingamus que debito ordine memoranda repreſentet cũ exigere libuerit. Quẽadmodũ nẽpe locus eſt corpori locato terminus extrinſecus: ꝙ non ſit in ipſo locato veluti ps ei⁹ aut accñs: ita pariformiter ſpẽs reꝝ p fantaſiam nr̃am ab ipſis abſtracte lociſqꝫ imaginatione dũtaxat mãcipate pñt obliterari & deleri: locis ipſis pro alijs poſtea reponẽdis pmanẽtibus ad inſtar dolij effuſa aqua: ad vinũ apti. Et qua rõne corpus locatũ denolatione ſalteȝ extrinſeca in loco aſſerit eſſe: eadem & ſpẽs ipſe hoc eſt imagines reꝝ memorãdaꝝ i loco eẽ ꝯcedunt tãquã corpora ſaltẽ fictitia locũ replẽtia.

Loc⁹ artis, qui is ſit.

De Diuiſione ſiue multiplicitate locorum. Capitulum ſecundum.

Preter eas diffinitionis partes quas phs ponit ppter mãle videlꝫ ſupficies corporis ꝯtinentis: & ppter formale vtpote imobile

primũ: rectius adiecit: primum: ad dĩam loci
cõis. Nã ꝛ cõis aliquis locꝰ est multa qdẽ ꝯtinẽs
qbus imediatus nõ sit vt Cõcauũ celi ſupmi ſi
ue vltime ſphere: locus qdem Ignis/est aeris/
aque/ ꝛ terre: ſed cõis: qm multa itermediant
cuiuſmodi sũt Celũ lune ꝛ reliquaꝝ ſpheraꝝ:
veluti enĩ aqua terrã circũdat ita aer aquã ꝛ
ignis aerem ꝛ ſphera lune ignẽ: ita quoq; Ve
neris celũ cõplectit lunã: ꝛ Mercurij Venerẽ
Mercurius aũt a Solis circũdat ſphera: ꝛ ita
deinceps: vt vniuerſi figura demõstrat. Sed ꝓ
prius locus est (quẽ pticularem aiunt) termi
nus corporis ꝯtinẽtis locato: imediatus: vt cõ
cauũ ſphere aque terrã ꝯtinẽtis imediatũ ter
re ꝯtente: q: nihil iter ea itermediet. Ita ꝛ nos
in pñtiaꝝ accipimus locos ꝓprios ſiue parti
culares: illos qbus imediate rem imaginatam
inſcribimus: qles sũt parietes feneſtre colũne
i cameris/eſtuarijs/cenaculis domoꝝ: ante me
chanica cõparatũ vl arbores plãte petre. Ali
bi a leo capra ꝛ id genus alia in vallibus flumi
nibus/mõtibꝰ/hortis ꝛ paſcuis capte dũ remi
viſibilẽ tractamꝰ. Aut ſi inuiſa diſgrimus nã
lia loca. ſ. in celo ꝛ Hyerarchias ꝛ in his ange
licos choros ꝛ i illis beatoꝝ Sedes: vt hic Pa
triarche: ibi ꝓphete/Apostoli/Martyres/Cõ
feſſores/Virgines: Innocẽtes/Vidue/Cõiuga
ti ſituent accipimus. In qbus imaginamur
dĩas Januaꝝ parietũ ꝛ reliquoꝝ q̃ nouimus
ad cuiuſlibet statũ ꝯtinere ꝛ ob id hmõi loca
poterũt cometitia ſiue fictitia nũcupari tam
ꝛ ſi qdem realia exiſtãt nobis attñ inuiſa atq;
icognita. Pariformiter de Paradiſo cẽſendũ

Locus cõis.

Locus pprius.

Loci pticulares viſibiles nobis.

Loci viſi.

erit vt inibi quattuoꝛ illa ꝓcedamus flumina quoꝝ ſacra ſcriptura geneſeos ꝑ capite memi/ nit: ⁊ oē Arboꝝ genus pomiferꝝ ⁊ pomoꝝ: ⁊ pi roꝝ/nucū/caſtanearꝝ/auelanarꝝ/glādiū: ⁊ q̄ no bis notiſſima ſūt. Atqꝫ itidē in alijs cāpis de diuerſis ſegetib⁹ vt hic Siligo creſcat: illic tri/ ticū: ibi oꝛdeū ⁊ alibi auena/ſpelta: ⁊ id genus ꝑ plura: Itidē quoqꝫ iudiciū de arbuſtis/frutici bus/ſpinetis/dumetis: atqꝫ alijs ſūt. Et hoꝛtu lanus ſuas varias ꝯſideraret herbas ⁊ plātas: q̄tenꝰ hic roſas imaginaret illic lilia Rutā/ Saluiā/bugloſſam/ſcolipēdriā/yſopū/ſpina/ ciā/bletā/caules/rapas/Raphanuꝫ/ceteraſqꝫ varias humi naſcētes herbas ⁊ olera. Et hac q dē varia diſtinctiōe tūc viſa tūc īpſpecta rea lia aūt ficticia q̄ ſibi poterit loca cōparare vt inferius magis ꝑſpicuū euadit. Nāqꝫ ⁊ īfernū domoſqꝫ herebas ſecare licet in patrū lymbūt puero ſine batiſmate decedētiū receptaculū in purgatoꝛium ⁊ ſtygem hoꝛroꝛis ꝑpetui lacū ⁊ in his quidem varias manſiones que cōmu/ nia adhuc nihilominus ⁊ mediata ſint loca in quibus particularium inſcriptionū ſedes de/ ſumunt: ad qḋ Sextus Eneidos Uergilij liber nōnihil conducet: vt exinde plutonica domus ḋ īferno deſcribat: vbi inq̄t. Reſpicit Eneas ſubito ⁊ ſub rupe ſiniſtra. Menia lata vidit triplici cir cūdata muro. Que rapidus flāmis ambit toꝛ/ rentibus amnis. Tartareus phlegeton toꝛquet ſonātia ſaxa. Poꝛta aduerſa ingens ſolidoqꝫ adamante colūne ⁊c. Et item ſtat ferrea tur/ ris ad auras Thyſiphoneqꝫ ſedēs palla ſuccin cta cruēta: veſtibulū īſomnis ſeruat ⁊c. Quātū

Geneſis capꝪ ſo.

Uergil. īferno



Digitized by Google

deniq3 orthodoxa tenet religio pro qualitate criminis erit ⁊ pena delicti inde: hic ſupbos cruciari (vt qbuſda3 placet) illic guloſos/aua ros/iracūdos/accidioſos/inuidos iſtic vero lu xurioſos: ⁊ qde3 ſulphure igne pice ⁊ id genus penaꝝ inſtrīs. Ex quibus tādem relinquit lo/ coꝝ hic eſſe cōia: illa vero ꝓpria ⁊ vtraq3 aut a natura vel ab arte ꝓficiſcētia vel noſtra cogi/ tatione efficta: q̄nquidem ad inſtar realiū īco/ gnita īuiſa videl3 ⁊ nunq̄3 audita: vt ꝑ ea que nōdū fuere: modo nuſq̄3 exiſtūt: nec vlibi vnq̄3 erunt extra nr̄am imaginationem fingimus lo ca. Id ꝑfecto facillimū fore arguit artificum induſtria que ad ſolius referētis vocem ꝓpoli/ ta: ⁊ qdem mirāda erigunt edificia: quoꝝ nū/ q̄3 ſimilia viderunt. Inſup alioꝝ exēplificatio ne facillimū ꝓceditur: ſicuti Sibutus ſcriptu/ raꝝ teſtimonio: ⁊ multipharijs exēplis facili/ tatē huiuſmodi aſtruit. Cōmēticijs aūt vti lo/ cis neceſſitas plerūq3 cogit: q̄n natura reqſita nō adminiſtrat atq hiſce dūtaxat vti ꝑiculo/ ſum penitus eſt: q̄re magis ꝯſulo vel realibus tantū: vel neceſſitate vrgēte permixtis cū ipſis vti: q̄tenus deinceps liquebit. Vera aūt extra nr̄am phātaſiam vel arte vel natura dicimus ꝯſtituta per naturā qdem vt ia3 pauloante re/ cēſuimus/rupes/mōtes/colles/fluuios/prata/ ſiluas/hoꝝūq3 ſimilia cu3 ſuis partibus effecta ꝯſpicimus. Sed inuiſa ſūt celū paradiſus ⁊ in fernus. Ars aūt fabrifecit domos/edes/Thea/ tra/baſilicas/tēpla/monaſteria/Abbatias: ⁊ ita reliquoꝝ. Siq3 pro inde mediata atq3 cō/ munia partiamur. Erūt ꝑfecto loca maxima

Loca fi/ctitia fa cilitur fiunt.

Ubi con ueniat fi ctitioꝝū vſus.

Loca na turalia.

Loca ar tificioſa

maiora ꝛ magna que ab aliis nominant̄ neceſ ſaria: habilia ꝛ artificioſa: ſed quocūqꝫ bapti zent̄ nō eſt nobis de nomine ꝯcertatio. Parie tes ſiquidem/ ꝛ feneſtras/ colūnas/ Altaria/ ſiue huiuſmodi interſtitia in qbus inſcriptionē fie ri diximus magna appellamus Angulis attā nil cōmittēdum placet ne anguſta imaginum cōpreſſio ꝛ obſcuritas diſcretionē ꝑpediat. Vñ vana hoꝝ eſt opinio qui ī maiore quotoquoqꝫ loco qnqꝫ ſupputāt vtpote quattuor angulos vel parietes ꝛ ianuā aut camere cētruꝫ qñ nec ars vel natura taliter queqꝫ miniſtret. In cō mētiis forſan haud multū incōueniret qñq dē cogitatio libera eſt. Hoꝝ aut̄ ꝯtinacula cu iuſmodi ſunt domoꝝ camere/ Aule/ Stuphe/ eſtuaria/ cenacula/ dormitoria ꝛ reliq̄ in qbus particularia cōſtituunt̄ maiora, dici aſſolent a nōnullis: que alii habilia nūcupant. Maxima aūt ꝛ cōmuniſſima ſunt vrbes ciuitates oppi da municipia caſtella caſtra: ꝛ in his monaſte ria/ cenobia/ Abbatie/ Collegia/ Eccleſie/ Tē pla/ capelle/ ſacella. Theatra arces ꝛ domus ꝛ ſi qua plura. Quoꝝ aliquot accōmodatiꝰ ma xima appellant̄ qñ denariū excedunt domoꝝ: alioqn improprie. Et huiuſmodi vocant loca neceſſaria: q̄ tñ mihi inepta videt̄ nā ꝛ parti culares qbus inſcriptio fit neceſſarii ſunt: ſimi liter ꝛ ques habiles dicūt. Ut enimuero loca rio fiat opus eſt ꝓprio determinatoqꝫ loco qui īmediate imagines recipiat cuiuſmodi nō pa rietes colūnas altaria ꝛ id genus iaꝫ diximus ſed huiuſmodi ſi eſſe debeant opꝫ neceſſariūqꝫ eſt domos cameras ꝛ cetera quoꝝ partes ſunt

Refuta rio opi nionis


Digitized by Google

eſſe inſup vt ciuitates monaſteria ⁊ huiuſmo/
di, ſint exiguntur domus eorum conſtitutiua
non igitur ratio iſtius nominis plurimū con/
ducit ſed hec miſſa faciētes rēdamus ad alia.

¶ De locoꝝ nūero ⁊ figuratiōe. Capl'm tertiū.

Numeroſitas locoꝝ. Quoniā Cōmēticia ſm qḋ realia nouimꝰ
effingere opꝫ: taliū noticia ex quātitate/
qualitate/ordine ⁊ ceteris gn̄ibus accidentiū:
que plurimū ad cognoſcēdū qḋquid eſt rei cō
ducūt vendicāda eſt. Cū itaqꝫ in hoc negotio
qcquid ſpeculamur ad opus tēdat ⁊ vtilitatē:
loca que hactenus partiti ſumus: eorum ſub/
ſtantie numeri atqꝫ ordinis icorporatione mē
tali ſtudioſiſſime cōparemus neceſſum eſt. Qḋ
aūt ad quātitatem attinet ꝓinuaꝫ in magna
maiora ⁊ maxima ſecauimus: ꝓpriorūꝫ aūt ad
locata ꝓportionē mox in poſteꝝ ſubnectemus
Quam plurib' locis opus eſt. capl'o ꝓximo. De numero itaqꝫ nō ſecus q̄ꝫ ce
teri neotericoꝝ qui recte ſentiūt nō modo cē
tena ducēta vel qngēta aut alio certo quodaꝫ
numero īſtituēda velim: ſed multa eſſe oporte
re vt cū multa meminiſſe libeat ī multis mul/
tas imagines reponamus: ad inſtar ſcriptoꝝ
q dū plura exarare velint ampliori vtātur Ta
Exēplū a Sen̄. bella/cera: aut papyro opꝫ. Et qui plura lectī
tāt diuerſa volumina verſent neceſſe eſt: hecce
ꝑfecto in Seneca cōprobant͂. Qui duo millia
verſuū recēſere nequiſſet (vt de ſe ⁊ Portio la
trone in ꝓlogo declamationū refert) niſi loco
rū fuiſſet multitudine adiutus: īpoſſibile eqdē
ubi abſqꝫ locis fuiſſe teſtat͂. Et proinde Diuus
Aquinas multos hūdos ꝯſulit locos. 2. 2. q. 49.
ar. 1. Quē noſtri cui magis idonei oēs in hoc

ſequunt: pcipue Frã. Petrarcha/ Petr' Ra/ S. Th.
uẽnas Joãnes michaelis/ Metheolus veronẽ 2. 2. que.
ſis alias perusinus (vt qbuſdã placet) Sybu/ 49. ar. 1.
tus: ⁊ Chiri' pleriqꝫ alij in hoc Ciceronẽ qui
centũ dũtaxat ſufficere autumauit relinquen
tes: hinc inqt Joã. Michaelis mihi vero facil/
limũ videt nõ mõ centũ ſed ppemodũ ĩfinitos
locos effingere: cũ nemĩnẽ lateat Sit' ciuita/
tis originalis. Ue℞ id pnecessariũ est vt inciã
tes artẽ ad instar pueroꝝ q parua tabella lrãs
addiſcũt: p paucis ꝯtẽtemur locis quoad pzó/
priores vsu ⁊ exercitio aggeneremur: Est nãqꝫ
firmũ artis decretũ. Ne ſupfluis reb' memoria
onustet. Quapropter regulas Publicij de lo/ Contra
coꝝ multiplicatione nõ niſi exercitatis ꝯceſſe/ Jo. pu/
rĩꝫ ⁊ potiſſimũ qñ illic ĩcidẽs mã cõpulerit no blicum.
ua ꝯfingere reminiſcẽdoꝝ receptacula: qđ acci
dit qñ iã locatã mãm vel auctoritatib' ꝯfirmã
dã vl' partitionib' ampliãdã vrget neceſſitas.
Sed cõmodius ĩter locãdũ pncipaliora pũcta
pro auctoritatib' allegationib': ⁊ ſubdiuiſio/
nib' vacuos relinq̃remus locos. Ea ãt est ſnĩa
Jacobi quã his verbis ĩſinuat vt q ſine laboꝛe Jacobi
loca multiplicare voluerit. Cẽtũ ꝯficta aĩalia publi.
lrãꝝ ⁊ Alphabeti oꝛdie exq̃ret ac vnicuiqꝫ fi/ ſnĩa.
gure qnqꝫ maxĩa ⁊ diſſoꝛmia aĩalia accõmoda
bit: vel res aliq̃s aĩalib' cõmiſcere poterit: vt
diuerſitate hac firmi' memoꝛie ĩpꝛeſſa ĩhereãt.
Quib' p eoꝝ magnitudine plumas: ad diuer/
ſas imaginũ ſedes pro ſnĩa nrã ſtatuere poterĩ
mus hec ille: de his ãt latius in cõmẽtarijs. Si
q tñ tantã locoꝝ multitudinẽ abhoꝛreãt opus
est ſi plura meminiſſe velint vel plures in eodẽ



Digitized by Google

loco vel priores inde eximere de quo infra vlti/ mo huius tractatus caplo ex proposito latius.

Signa/ rio locu/ torum.

¶ Sūt nōnulli q pro maximis locis māſiones decē ſumendas iuſſere: ꝛ in ſingulis q̄ttuor vel qnqꝫ cameras pro maioribꝰ: in qbus imaginū ſedes ſtatuerūt q̄ttuor angulos ꝛ ianuā vel q̄t tuor parieteſ ꝛ centrū: vt ſupra p̄libauimus: q̄tenus taliter ad Ciceronis p̄ceptionē ꝑ faci liori ſupputatione qntū quēqꝫ ſignent. Sed is modus ī ficticijs qdē obſeruari poterit: in rea libus tñ ꝑdurius cēſeo q̄ꝫ vtile: Cum cētefima vix domꝰ hoc pacto extructa cōperiaẜ: voluit nihilominus Cic. qntū quēqꝫ notari locū: ſed manu vel Aurea vel argēta fiendū ſuaſit: quē in hoc Rauēnas ſuitaẜ ꝛ eoꝝ emulatores. Et

Cicero Petrus rauēnas

h̄ mihi ꝯſultiſſimū eſt ita tñ ꝙ numeri Articu laris nota decimū quēlibet ſignemus ꝛ qnariū ītermediū Ciceronis nota: vtpote. Cum loca cōparatura mens ciuitatē ingrediẜ: ſeſe ad di/ uerſas regiones ſecat: ꝯſiderat vias amicorūqꝫ domos. Edes deoꝝ: pretoria publica/ repetit/ miram inde locoꝝ quantitatē aſſequutus: ita qntūqꝫ quēqꝫ notat vt in primario qnto ma/ num auream effingat: ꝛ decimus cruce ſigneẜ aut denarij figura: in qntodecimo argenteam vel aureā depingat manū: vigeſimo aūt huiu/ ſce numeri caracter addaẜ: in vigeſimoquinto iteꝝ manus: ꝛ trigeſimo eiꝰ numeri nota ꝛ ita deinceps vt īferius lucidiꝰ euadet. tract. 2. c. 8.

De exēplificatione ī figura ꝑticulariū locoꝝ.

¶ De Cōquiſitione locoꝝ. Caplm quartum.

Conquirendis aūt realibus locis que vi/ deri poterūt lōgos continuaſſe digreſſus

Digitized by Google

Georgio ꝓbante plurimū cōducet: q̄ꝓpter Sibut⁹.
a diuo Hieronymo plurimos cōmemorat lau-
datos ſue ꝑegrinationis. Rauēnas quoqȝ hu- Petrus
ius gratia ſeſe ꝑ tres itegros annos ꝓteſtatur Rauen.
ꝑagraſſe ꝓuincias: ⁊ regna in q̄bus vrbiū / ci-
uitatū / oppidoꝝ. Et in illis domos reliquaue
ꝑluſtraret edificia. Q̄d ſi cui id nō expediat il
le alioꝝ relatu vel narratione atqȝ ꝓclaris de
ſcriptionibus abſentia ante oculos mētis ꝯſti-
tuat. Cui etiā plurimū ſacre ſcripture ⁊ hiſto- Loca ex
riaꝝ lectio adminiculat̄. Inſuper coſmogra- hiſtoꝛijs
phoꝝ Ptholomei / Strabonis / Plinij: ac alio cōparan
rū editio de Situ oꝛbis: ⁊ ciuitatū ſiue regnoꝝ da.
deſcriptionibus cōfert. Iuuabitqȝ Mappam
mūdi ⁊ ſi qua id gen⁹ figuraꝝ depicta ſint cō-
tueri: quatenus inde Situs ⁊ diſpoſitio ꝓuin-
ciaꝝ ⁊ terraꝝ imbibat̄: nō modo regni vnius
ſed totius pene oꝛbis. Cuius habitata pars in
Aphꝛicā Aſiaȝ ⁊ Europā partit̄ ⁊ haꝝ queqȝ
in alias diuidit̄. Que ex margarita ꝑhica huc
afferēda duximus quatenus locoꝝ fictoꝝ atqȝ
fuſoꝝ nobis cognitio nō maneat penitus alie
na. Ne pigeat queſo ad maioꝛē dictoꝝ intelli-
gentiā terre habitabiles mariſqȝ figurationē
in plano deſcribere. M. Pars terrene molis:
que ad dn̄i imꝑium aquis ꝯgregat̄ in locū vnū
apparuit arida coſmographis ꝓter diuiſiones
in ȝonas ⁊ climata ſupꝛa memoꝛata trifariam
partit̄. In Europā. ſ. Aphꝛicā ⁊ Aſiam: quas
ꝑtes aqua circūfluens ⁊ interlabens generali
noīe mare appellat̄. Ab oīs aūt ⁊ terre ꝓuin-
cijs alijs de cauſis diuerſa noīa accepit: ⁊ ſinus
ipſius diuerſa maria dicunt̄: vt Diu⁹ Ambꝛo- Diuus Ambꝛo.

Pōpo/ nius Mella. ſius teſtatur lib. 3. hexameron cap. 3. Europā ab Aphrica diuidit mare mediterraneū quod ab occidental. Oceano circa Gades īſulā ⁊ co lūnas herculeas nō amplius decē millib⁹ paſ/ ſuum patens: terras apit atq; intrat. ait Pō/ ponius Mella Aphricam ab Aſia diſterminat Nilus q a meridie in Ethiopiam diffundit: ⁊ Egyptū plabens atq; mirabili fecūditate irri gans ori⁹ nō nūn⁹ ſeptē mari īfundit. Aſiā ab Europa diuidit Tanais fluuius a ſeptētrione in mediā fere paludē Meotidē defluēs cū pon to reliquū Aſie ab Europa ſeparat. patēt hec in hic affixa mappule mūdi deſcriptione. Di. Perlucidet ſed qd īterpoſitis nob⁹ alijs deſi/ gnare ꝑrendis. Ma. Principaliores vniuſcu/ iuſq; terre regiones ſeu ꝓuincias. Di. Cōmo/ diſſima ad hiſtoriaꝝ itellectū ſaniorē haꝝ vide tur eſſe cognitio. Ma. Has enumerādo magis quā deſcribēdo ꝑcurrere libet breuitatis grā. Nomina quoq; ⁊ regionū limites non intēdo hic limare ⁊ ſm ꝑciſionem diſcurrere: nā in ta lib⁹ inuenies ēt claros Geographos digladia/ ri. Di. Ad ꝑmū deſcribas Europā: in qua nos ꝯſtitutos iā dudū relatione multoꝝ didici.

¶ Satrape Europe nominatim enumerant.

Europa ab occidēte claudit mari Athlā/ tico: a ſeptētrione Oceano Britannico: ab oriēte Tanai Meotide Palude ⁊ pōto: a meridie mari mediterraneo. In ea ſunt regio/ nes ⁊ populi plurimi ob aeris tēperiē. Ab oc caſu verſus ortum ꝓuincie magis nobīlē ſunt Hiſpania que Hiberia ⁊ Heſperia nonnunꝗ̄ nominat. Cuius ꝑtes ſunt Betica ſiue regnū

Granate qd nr̄o euo rex hiſpanie Ferdinan-dus Sarracenis decennali obſidione ⁊ bello abſtulit: chriſtianitatiq; adiecit Luſitania ſeu portugalia. Terraconēſis ſeu Cathalonia he par-tes pncipales hiſpanie: in qua ⁊ alia regna ſūt. Inter que regnum Galatie lōge lateq; vulgat ꝓpter vſum peregrinationē ad ſanctū apoſtolū Jacobū Compoſtellanū. Regnū īſup caſtelle ⁊ le-gionis aſtronomis memorabile reddidit Al-fonſus rex prudētiſſimus: q tabulas motuū cor-poꝝ celeſtiū miro īgenio compilauit. Hic iuri ſuo qd ex electione habuit ad īperiū ītuitū pa-cis volūtarie ceſſit. Hiſpaniā ſeqt̄ Gallia me-dio mōte Pyrreneo. Partes Gallie ſūt aqta-nia Lugdunēſis narbonēſis ſeu Delphinat⁹ fi-ne pūicia ⁊ Belgica fere ad Rheni fluēta vſq; ptēſa. Partiales pūicias gallie ſi diſtinguere voluerim⁹: occurrūt ecce Frācia normāſidia Britānia Turonia picardia Flādria brabātia gelria holādia ſcelādia burgūdia lothorīgia lu-celburgia heluetia ſiue alſatia: q̄ tn̄ germanie potī⁹ ē ꝯiūgēda. Galliā āt ſeqt̄ germania ma-gna ad Sarmatiā vſq; extēſa īter Rhenū flu-uiū ab occidēte mare a ſeptētriōe ⁊ Danubiū a pte meridionali. Partiales regiōes germa-nie ſūt Frāconia ſiue frācia oriētalis. Weſtua-lia friſia Saxōia Thurigia haſſia marchia brā-dēburgeñ. miſia ileſia boemia morauia Cimbri-ca cherſoneſus q nūc dacia vulgo Denmarck ad ſeptētrionē. Nā alia eſt dacia: quā Wala-chiā nūc noīant. de qua paulo īfra. Poſt cim-bricam Cherſoneſus Norwegia Suetia in ma-ri. Inter Danubiū ⁊ alpes reticas: pmaꝫ reti-

Portu-gal.
Catelo.
gallicia
caſtella.

Gallia.

Ger-man.
magna.

Pōponius Mella. ſius teſtatur lib. 3. hexameron cap. 3. Europā ab Aphrica diuidit mare mediterraneū quod ab occidental. Oceano circa Gades iſulā ꝛ columnas herculeas nō amplius decē millib⁹ paſſuum patens: terras apit atq3 intrat. ait Pōponius Mella Aphricam ab Aſia diſterminat Nilus q a meridie in Ethiopiam diffundit: ꝛ Egyptū plabens atq3 mirabili fecūditate irrigans oriēs nō mi⁹ ſeptē mari īfundit. Aſiā ab Europa diuidit Tanais fluuius a ſeptētrione in mediā fere paludē Meotidē defluēs cū ponto reliquū Aſie ab Europa ſeparat. patēt hec in hic affixa mappale mūdi deſcriptione. Di. Perlucidet ſed qd īterpoſitis nob⁹ alijs deſignare ꝑtendis. Ma. Principaliores vniuſcuiuſq3 terre regiones ſeu ꝓuincias. Di. Cōmodiſſima ad hiſtoriaꝝ itellectū ſaniorē haꝝ videtur eſſe cognitio. Ma. Has enumerādo magis quā deſcribēdo ꝑcurrere libet breuitatis grā. Nomina quoq3 ꝛ regionū limites non intēdo hic limare ꝛ ſm̄ ꝑciſionem diſcurrere: nā in talib⁹ inuenies ēt claros Geographos digladiari. Di. Ad ꝑmū deſcribas Europā: in qua nos ꝯſtitutos iā dudū relatione multoꝝ didici.

¶ Satrape Europe nominatim enumerant.

Europa ab occidēte claudit̄ mari Athlātico: a ſeptētrione Oceano Britannico: ab oriēte Tanari Meotide Palude ꝛ pōto a meridie mari mediterraneo. In ea ſunt regiones ꝛ populi plurimi ob aeris rēperies. Ab occaſu verſus ortum ꝓuincie magis nolatē ſunt Hiſpania atque Hiberia ꝛ Heſperia nonnunꝗ3 nominat̄. Cuius ꝑtes ſunt Betica ſiue regnū

Granate q̄d nr̄o euo rex hiſpanie Ferdinan-dus Sarracenis decēnali obſidione ⁊ bello ab-ſtulit: chriſtianitatiq; adiecit Luſitania ſeu portugalia. Tarracōnēſis ſeu Cartonia he par-tes p̄ncipales hiſpanie: in qua ⁊ alia regna ſūt. Inter que regnum Galatie lōge lateq; vulgat̄ ꝓpter vſum peregrinationē ad ſanctū apoſtolū Jacobū Copoſtellanū. Regnū īſup caſtelle ⁊ le-gionis aſtronomis memorabile reddidit Al-fonſus rex prudētiſſimus: q tabulas motuū cor-poꝝ celeſtiū miro īgenio compilauit. Hic iuri ſuo q̄d ex electione habuit ad īperiū ītuitū pa-cis volūtarie ceſſit. Hiſpaniā ſeq̄t Gallia me-dio mōte Pyrreneo. Partes Gallie ſūt aqta-nia Lugdunēſis narbonēſis ſeu Delphinat⁹ ſi-ue puīcia ⁊ Belgica fere ad Rheni fluēta vſq; ptēſa. Partiales puīcias gallie ſi diſtinguere voluerim⁹: occurrūt ecce Frācia normāſidia Britānia Turonia picardia Flādria brabātia gelria holādia ſcelādia burgūdia lothoꝛīgia lu-celburgia heluetia ſiue alſatia: q̄ tn̄ germanie pori⁹ ē ꝯiūgēda. Galliā āt ſeq̄t germania ma-gna ad Sarmatiā vſq; extēſa īter Rhenū flu-uiū ab occidēte mare a ſeptētriōe ⁊ Danubiū a pte meridionali. Partiales regiōes germa-nie ſūt Frāconia ſiue frācia oriētalis. Ueſtfa-lia friſia Saxōia Thuringia haſſia marchia brā-dēburgeū. miſia ſleſia boemia morauia Cibri-ca cherſoneſus q nūc dacia vulgo Denmarck ad ſeptētrionē. Nā alia eſt dacia: quā Uuala-chiā nūc noīant. de qua paulo īfra. Poſt cim-bricam Cherſoneſus Norueggia Suecia in ma-ri. Inter Danubiū ⁊ alpes reticas: p̄mas reti-

Portu-gal.
Carelo.
gallicia
caſtella.

Gallia.

Ger-man.
magna.

Digitized by Google

cam ponūt: que ⁊ ſuevia ꝗnuis vltra Danubiū̃ ꝓtenſa ſit. Poſt hāc videlicia ſeu bavaria: cu/ ius ſiſr ps nō modica vltra Danubiū extēdit. Noricia cui nōnulli Stiriā ⁊ charintiam aſcri būt. Pānonia ſupioꝛ nūc Auſtria. Pānonia inferioꝛ que ⁊ Ungaria a mari Hadriatico hi ſtria Jllyria. Liburnia quā dicūt croatiā Dal matia: que ⁊ Sclavonia. Jtalia eſt ab alpibus ad mare mediterraneū. Jn ea regiones nō pau ce lōbardia Tuſcia etruria cāpania marchia apꝛucia calabꝛia apulia: ⁊ ſic de alijs vngariã ſeqtur miſia: aut verius meſia ſupioꝛ: q̃ ſeruia ſiue roſciana: ⁊ partim boſna dr̄. Meſia īferioꝛ que ꝯtinet Boſinenſes ⁊ Valaccos. Baſſos ⁊ nūc bulgaria Dacia que ⁊ Walachia Thra/ cia in qua Cōſtātinopolis quondā ciuitas im perialis grecie. Cherſoneſus Epirus ſeu Ro mania Dedania moloſſa chaonia. Peloponeſ ſus ſeu moꝛea achaia. ibi coꝛinthus. Arcadia ipſa eſt Sicionia a Sicione rege: a quo regnuꝫ Sicionoꝝ quod inter quattuoꝛ cōputatur ab Auguſtino libꝛo de ciuitate dei: Macedonia theſſalōica ellados ſeu attica: vbi athenis boe tia: vbi thebe ciuitates nomiatiſſime. Grecia ecce ꝗꝫ lata: hodie heu heu aſpurciſſimo inimi co crucis Chꝛiſti Turco ferme tota deuaſtata. A Germania vſqꝫ ad Scithiam Sarmatia eſt regio latiſſima: cuius partes vt aiunt polō nia: Maſſouia pꝛuſſia lithuania. Samethia. Liuonia ruſſia ⁊c. Scithia ⁊ que nominate ſūt ſarmacie regiones barbaria dicebatur a feri/ tate gentium. Dimiſſa particulari hac deſcri ptione ad aſie ꝓuincias tranſeundum eſt.

Digitized by Google

¶ Aſie regiones nominatim ponuntur.

Aſie regiones que ſunt: Ma. Enumerã das aſie prouincias non õẽ: ſed magis apud noſtros nominatas: ipſas ad latitudinẽ in duas partes diuiſam intelligamus: ſeptentrionalem. ſ. & meridionalem. Primo ſeptentrionalẽ: de hinc meridionalem deſcribamus. Di: Ocyus: ne occiduus ſol lucem ante cõplementũ auferat. Ma. Tertia orbis pars quãuis aſia appellatur generali nomine: pars tñ eius minor aſia nominat: hñs prouincias & regiones multas precipuis eccleſijs ornatas: quibus quondam pferat ſanctus Joannes euãgeliſta: nunc autẽ nr̃is exigentibus demeritis: ab inimicis crucis Chriſti dirutas ac fedatas cognouim⁹. Hic ob ſpacij anguſtiam pro noībus regionũ litteras poſui. vbi eſt pontus: hic eſt & Bithinia littera/f/ſignata. Galatia/g/Paphlagonia: piſidia/b/Capadocia/i/caria/a/litia/b/Pamphilia/c/Lidia/d/Circa hãc in mari eſt inſula Melera. in actibus apoſtolorũ Mitilene nominata (quãuis erronee) in qua mira operatus eſt Paulus apoſtolus Phrigia prouincia aſie minoris ſignatur per e. Circa hanc inuenies inſulam Tenedos. Cicilia. Armenia minor. Armenia maior. Colchis: vñ Jaſon Medee magis iſtructus aureũ vellus abſtuliſſe fabulat: qr torrẽtes illius aurũ deferũt: qd lanoſis pellibus accole excipiunt. Taurus mons a Pãphilia exorit & ad Jndos vſqz ptendit. A Tanai amne Scithia ſeu Sarmatia aſiatica lõgo tractu verſus ortum pgreditur. Altera extra Jmaum mõtem/altera intra Jmauz cõ

Declaratio mappule.

Aſie minoris.

tinetur. Mare quod ibidem cōſpicis: Caſpiũ Hircanum ⁊ Scithium ab omnib⁹ nominari ſolet: ⁊ a ſeptētrionali occeano latēter q̄ſi fluuius intrat. In hoc inſula eſt Talge ſine cultu ſemꝑ fertilis: regiones hic multe ſunt: videlʒ hircania Hiberia/Albania/Bactria/Margiana/Aria/Sogdiana/Sacharꝝ regio: Serica in q̄ vt aiūt ſericū arborib⁹ in modū lanuginis adheret. gens illa ꝑfecta ſeruit iuſticie ⁊ cōmercij. Alteri⁹ medietatis aſie regiones ſūt a mari rubro arabia triplex: videlʒ arabia deſerta: arabia petrea vbi metropolis Petra. de q̄ Iſaias Emitte agnū dn̄e dn̄atorē terre de Petra deſerti ad montē filie Sion. ⁊ arabia felix: vñ: thus venit: ⁊ ob id: thurifera dr̄. Siria ſilr triplex eſt: Paleſtina Phoenitia ⁊ Syria curua. Quē aūt terram a Damaſco vſqʒ ad Gaʒam terrā Canaan ⁊ terrā ꝓmiſſionis ſacre hiſtorie vocitant (In qua ꝓuincie ſingulares ſunt Damaſcena/Galilea/Samaria/Iudea/Paleſtina ⁊ Idumea) Meſopotamia/caldea. vbi Babilon. Aſſyria/Suſiana/media/perſidis/parithia. Carmania deſerta. Carmania altera. Drāgiana/gedroſia/arachoſia/paraponiſus. India intra gangem: India extra Gangem. Sinarū regio. ⁊ in pelago indico Taprobana inſignis inſula regiones ſite vltra meridianū vltimum a Ptolomeo deſcriptū ferme ad. 40. gradus. Silr ⁊ particularem earū que noiatim cōmemorate ſunt: deſcriptionē quantū ad ſitū/fertilitatem/ꝯtinentiā: accolarū proprietates ⁊ mores ex Plinio Strabone Ptolomeo perquirere poteris. Diſ. De Aphri/

ea autem quid fiet: nunquid indiuiſam eam & ſilentio tranſibis?

Aphrice regiones enumerantur.

Aphrica ab occidente mari athlantico: a meridie oceano Aethyopico: a ſeptentrione mari mediterraneo: & ab ortu Nilo finitur. eiſdem tamen que vltra Nilum ſunt ad mare Rubeum regiones hic addite ſunt. Ab occaſu mõtem habet Athlantem: quem ob altitudinem celum ſuſtẽtare dixere. Regio prima Mauritania tingitana: ſecũda Mauritania ceſarienſis. tertia libia interior. quarta eſt Numida q̃ & mappaliam nonnulli dixerunt. quinta Aphrica minor: in qua illa magna Carthago ſtadiorum. 360. olim Romani imperij pertinax emula. ſexta eſt Cireneica: quam et Penthapolim vocãt a numero ciuitatũ: quarum Cyrene vna eſt regioni nomen accommodans. ſeptima Marmarica eſt. octaua Libia. quo nomine etiã tota Aphrica appellatur. nona Ethiopia interior. decima. Egyptus inferior. in q̃ olim filij Iſrael ſub Pharaone poſt durã ſeruitutem mirabilia viderunt: que dominus operabat per Moſen in cãpo Thaneos. Eſt autẽ Thanis ciuitas Egypti inſignis tunc regali preſidentia decorata. In egypto ſunt alexãdria/ Damiata/ & Soldani ſedes ampliſſima ciuitas Chayrus: quam & Alkyr nominant. Supremo hanc egyptum alia egyptus eſt Thebais. ſ. monachorum & anachoritarum: olim celibi cõuerſatione decora. In hac Thebais ciuitas quam centum portas totidemq; aulas & principes habuiſſe aſtruunt: e quibus

Mirabilia aphrice

ſanctus Mauritius cũ glorioſa legione veniſſe tradit. Supmo hanc ethyopia eſt mediterranee gẽtes multe ac mirabiles: Troglodite que veſcunt ſerpẽtibus ſtridẽt magis q̃ȝ loquant. Garamãtes: q̃ruȝ vxores cões ſunt. Augiles: Blẽmes ſiue Blẽmij capitibus carent: vultus hñt in pectore. Satyri: q̃lẽ ſanctus Antonius vidit: vt legẽda edocet. Athalãtes/ Getuli: ⁊ alie multe q̃ꝝ ďſcriptiones ꝑmemorari coſmogra. pſequunt. Inſulas paucas in deſcriptione hac inuenies. quaꝝ noĩa Gades: que ⁊ Betice adiacet. Corſica/ Sardinia/ ⁊ Sicilia circa italiã. Corcyra ĩ hadriatico mari. Euboea que ⁊ Nigropõt Boetie oppoſita eſt creta ſiue cãdia. Rhodus ⁊ ciprus. In ſeptentrionali pelago ſũt. Hibernia anglia: q̃ albion ⁊ olim Britania dicta eſt cuius pars Schotia thile irlandia in vltimo mari. Orchades. 30. numero ⁊ Scandia memorabilis. Hec circa terre infime partis elementalis mũdi deſcriptionẽ cõmonuiſſe magis q̃ȝ tractaſſe me cognoueris: ne alíqñ perutile coſmographie ſciam abhorreſcas: ſiue qua nec gentiliũ nec ſacraꝝ lr̃aꝝ hiſtorias plene intelliges. Di. Introductione iſta edoctus cũ vacuerit alioꝝ ſcripta diligẽti⁹ luſtrabo. interiȝ que ſupſunt de aſtronomia pſequamur. Ma. Singulas ⁊ celeſtis ⁊ elemẽtis regionis partes: ſicq̃ȝ totius mundi habitudines ea qua potuimus breuitate deſcripſimus: nec relictum videt qđ neceſſario explicãdũ expoſcas. Di. hec ille. Quãq̃ȝ hecce longiore ſermone q̃ȝ hui⁹ opuſculi rõ expoſtulet/ nõ abſre tñ/ id actitatum arbitreris cũ potiſſimũ memoriã inſti-

tuamus

Digitized by Google

muamus vt plurimum cōducit locoꝝ vendica/
tio: Cum nāqꝫ in terraꝝ regnoꝝ ꝛ puinciaꝝ
deſcriptionibus abūdauerim promptiores eri
mus ad imaginum fabricationē que fit penes
inſignia regnoꝝ puinciaꝝ terraꝝ ad ciuitatū
inſup ꝛ proprietate gentiū ꝛ pploꝝ: ſumemus
imagines put latius īfra in applicatione ita
quoqꝫ pticulares loci in his cōmodius fabri/
ſiūt. Ceteꝝ varij varijs cōpararūt ſibi tū cōex/
tus ꝓprios locos. Metrodorus etenim ille gre
cus in duodecim ſignis obliq circuli videlicet Metro/dorus.
Ariete/Thauro/Gemini/Cācro/Leone/Vir
gine/Libra/Scorpione/Capricorno/Sagitta
rio/Aquario: ꝛ Piſcibus trecētos ꝛ ſexage/
nos ꝯſtituit locos: q̄ totidem gradibus iſte zo
diac⁹ circulus apud aſtrologos metiri ſoleat.
Veꝝ authore Quintiliano in .11. inſtitutionū
lib. vanitas hec fuit phi plus gloriantis in ar/ Quint.
te q̄ꝫ nāli memoria: ceu velit denotaſſe hmōi ꝯ Met.
loca reb⁹ locādis nō ꝓportionata: qꝺ tñ neceſ/
ſum eſt vt pho placet in q̄rto de auditu phyſi/
co. Quāqꝫ etenim p grādia ſint ea aſtra ſicuti Ariſt. 4
Iginius in poetica aſtronomoꝝ perdocet. mi/ phy.
nime tñ imaginibus hoium viuis competebat
tātus numerus ni tā grādia effingerent vt fi/
guras aialium apud nos quoꝝ typū gerant in
immenſum ſupgrediātur ꝛ tūc fictitijs depu/
taremus. Et pinde Ioā. Michaelis floccipen
dit pōnem locorū pris ſui Guidonis. Qui ex Ioā. mi
aialibus cepit locos ſuos: eorūdē ordinē alpha chaelis.
beto latino deducēs: vt a ſingula lr̄a vni⁹ aia/
lis nomē inchoaret: perinde inqt Ioānes ac ſi
noīa hec ſint Aſinus/Baſiliſcus canis/draco/



Digitized by Google

elephas/faunus/gryphus/hircus/iuuenca/leo/mulus/Noctua/Ouis/Pantera/Qualea/Rynoceron/Symea/Taurus/Tygris/Ursus/xiſtus/philoſophus/icana/çacheus: hec ſingula in quinq; locos particulares ſiue proprios diuidebat: vtpote in caput pedes anteriores in ventrem et poſteriores pedes ac caudaz. Cumq; eum ordinem natura porrexerit non facile in ipſis enumerandis ingenium cõfunditur. Sic itaq; centum et quindecim locos particulares nactus in eis rerum memorabilium imagines ſculpebat. Sed inconueniens quodammodo is mihi modus videtur ſi viue imagines (quod noſtri poſt Rauẽnatem eſt inſtituti et eoꝝ qui inter neothericos magis rem ſapiunt) in ipſis deſcribi debeant: vt ſi eam ꝑpoſitionem. Sortes ſcribit: in capite canis vel ouis locandam cenſuero nõ ſorti ſcriberi ipſum ꝑportionatũ: niſi ſmi phantaſiã quorũdam illi maxime: qui nouit ĩtegros boſes in digitis ſuis locare: ſicuti qdã doctor memoraturus quorũdã ꝑpõnuꝫ dixit mihi ecce in ſedibꝰ notaꝝ muſices vꝫ G maut A re b mi etc. ꝯſtituto loca. Et i G maut imaginatꝰ eſt quẽdam ſuũ amicũ (cui angelus nomẽ) crucem in humeris geſtantẽ et ita deinceps: ſed in eo laudarim potius bonã imaginatiuã: qñ artis nr̃e regula eſt q̃ exigũt loca locãdis ꝑportionabilia debere eſſe: q̃tenus abſtractio a mãlitate ab vtriſq; eque fiat. Nõ tñ inficior hmõi aĩalia nõ nihil ꝯferre in Cõmẽticijs locis ſerie q̃dã fabricãdis: poterũt quoq; ꝯſtitura iã vel nã vel arte ipſis deſcerni et in hoc ꝑfecto numerus alphabeticus ꝓ̃ꝓptitudineꝫ et

Contra Guido.

celeritatē aliquā ꝓſtaret. Unde nō abſre quí/
dam ꝯſtitutas fabrifactáſq̄ domos. pro cōib⁹
locis: ſumētes in his cameras pro particulari/
bus ex ordine alphabetico rex ⁊ aíaliū diſtin
guūt. Cuiuſmodi ī his dictionib⁹ cōplectunt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Alabrum | Alueariū | Aries | Arbor | Auca |
| Babatuꝫ | Belua | Bipēnis | Botrus | Buſo |
| Catta | Ceruus | Cignus | Coclear | Cuna |
| Dalmatíca | Deca | Dyadema | Dolabrū | Dux |
| Eſtanea | Elephas | Enſis | Egrotus | Edus |
| Falx | Feneſtra | Fiſtula | Follís | Furca |
| Galea | Gerula | Gigas | Gomor | Grus |
| Harpa | Herodíus | Hilla | Horologiū | Humerale |
| Imago | Imparor | Idria | Idolum | Inſula |
| Kaldare | Klepſedra | Kyrios | Koruus | Kuſſinus |
| Lampas | Lepus | Liber | Loríca | Lucerna |
| Manus | Menſa | Miluus | Mors | Muſcipula |
| Nauis | Neretrix | Niſus | Nola | Nuces |
| Organū | Ocrea | Ouile | Onecratal⁹ | Ortus |
| Pauo | Pennale | Piſcis | Poma | Puer |
| Quadriga | Quercus | Quiſcula | Quocus | Quorgeber |
| Rallum | Rex | Rinocerō | Rota | Ruta |
| Saccus | Serra | Symea | Sotular | Sudariuꝫ |
| Tabella | Tela | Tympanū | Toga | Tuba |
| Urna | Uter | Urnale | Uxor | Upupa. |

Si quidem ꝓpe ianuā intra aliquam domuꝫ
ponas Alabrū: ⁊ dehinc in q̄nq̄ pedum diſtā/
tia alueariū fingas: ⁊ poſt in cōſimili diſtantia
arietem: itaq̄ deinceps facile loca notabis q̄ꝫ/
plurima. Et in huiuſmodi poſitione cuiuſq̄ lo
ci quotatio leuiter ꝯſpicief. Naꝫ/A/ q̄nq̄ ad/
miniſtrabit: ⁊/b/ q̄nq̄: ⁊ itē/c/ quinq̄ ⁊ ita ce/
terarum queq̄ litterarū. Et q̄uis in fictitijs

Contra Georgi/um Re/ſcb.

locis hec diſtinctio oportuna ſit vt infra pate- bit. Nõ ppterea modus Georgij Reſch quem in margarita ſua phica tradit conueniens eſt quare nec illum afferendũ volui ceu imprimẽdis imaginibus conducat: qñquidem ſm materie quã eloquuturi ſumus ordinare: memorãda collocari oporteat exigentiã et ordinem. Si tñ imagines qppiam circa hmõi animalia agere fingamus qd interã ppoſitionẽ declaret facile pcedemus. Inſup ſi inſcriptio in artub⁹ eoꝝ fiat infra docemus: tract. 4. cap. 6. vñ Regulas mox ſubnectemus locorum.

## De Regulis conditiones locoꝝ ptinẽtibus. Capitulum quintum.

Cõmendario.

COpia Rerum et verboꝝ: accõmodata locoꝝ multitudini per figurarũ multiformitatem pbet quandam vt ſepius repetamus facillimã recitãdi vehementiã: dummodo recto ordine ſituant̃ loca atq3 diſtãtia debita: et eam nãciſcant̃ amplitudinem/altitudinẽ/luciditatẽ/ et reliquas conditiones ſibi cõgruas.

Prima regula Cicero.

Id igit̃ in primis precipimus: vt in debita ordinataq3 diſpoſitione tibi loca vendices. Eſt qppe memorãtis (veluti Cicero aſtruit) vt locos qua facilitate a frõte incipiens recenſere poterit: eadem nãli adiutus induſtria a calce repetens valeat ordine ꝑpoſtero enumerare.

Frãciſc. Petrarcha.

Et hoc ſicut Frãciſcus docet ne qñ pturbatione ordinis ĩpediamur. Et quanq3 ordiri poterimus dextrãdo/ſiniſtrãdo/aſcẽdendo: aut vedeſcendẽdo et quotolibuerit ordine: a ſiniſtra tamen ſumendus eſt: vt proximo enodabimus capite. tract. ſecundo capitulo. 6. de qualitate

Digitized by Google

fabricationis. Et Rauennatis preceptione qui in ediculis nr̄is templis delubris ⁊ eccleſijs ex ordine locos iuxta ſitum ſtructurarum: ⁊ in his rerum compertarum ſerie quadam ſumendos ſuadet. Cuius profecto ea eſt vtilitas vt veluti in codicibus materia in paginis cōtinua relegit ex ordine: pariformiter Artiſta ex locis depoſitum reperat. Nam vt inqt Frāciſcus ſi in ordine ſtātes notos q̄ plurimos viderimus nihil noſtra interſit vtrum a ſummo vel medio nomina eorum dicere velimus: Ita ⁊ in locis ex ordine collocatis ꝯuenit vt in quālibet partē quoto quoqꝫ loco imaginibusqꝫ libebit cōmoniti dicere poterimus id qd̄ locis mandauerimus. Et itidem experimento quibuſdam nōnumq̄ pateſeci: eandem materiā audientibus recenſens nunc illinc intentās exordiū: nunc hinc nūc ex medio finem repetēs: nunc quidem caput ⁊ frōtem: facile qppe eſt ex locis ordine collocatis materiam imaginatā ordinare ⁊ ſapienter ꝓnunciare: certitudinaliter de vno in alterum ꝓcedendo ordine recto ⁊ reflexo atqꝫ ꝑpoſtero. Sicqꝫ igitur cōes locos habeas ſegregatim q̄ plures pro vna attamen: mā vtpote hic monaſterium: illic Theatrū: alibi vero delubrū ſiue tēplum ac huiuſmodi reliqua vt domum lanificis: edem piſtoris/aut barbitonſoris vel alterius ⁊ quod in his ars fabrilis non efficit aut natura: cogitatione noſtra ſaltē incōtiguitatis ordinem redigamus. Et itidem in proprijs obſeruetur: quatenus ſi meminiſſe velim. Hoc eſt ꝓceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Et hanc propoſitionem:

Petrus rauennas

Ordinis cōmodū Frāciſ. Petr.

Experimentum.

Cōtiguitās locorum fit imaginatiōe.

Maiorem charitatem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: non in primo loco qui forſan prope ianuam eſt prior ponatur propoſitio: et altera in quinto aut ſexto ſed potius in ſecundo qui mox primum ſequitur alioquin confuſio ordinis mihi obtigerit.

Secūda regula. ¶ Congrua quoq; locorum expetitur diſtantia vt inter locum et locum quincupedalis intercapedo ſit: internalla autem voluit Cicero eſſe mediocria vt paulo plus vel minus pedum tricenum. Sed quinq; vel ſex pedibus diſtare iubet Rauennas: quod opportuniſſimum experti ſumus. Si nanq; nimis procul remoueantur: cogitatio minus valebit: nimis ſiquidem diſtantia efficitur nimis vaga: quemadmodum viſus recolligendo nimis ſeiuncta magis diſpergitur q̄ obiecta aggreget: Nimia quoq; vicinitas imagines commixtionē confunderet ne diſcrete cernantur: quemadmodum littere in charta/vel tabella/vel cera nimium proximantes cum difficultate leguntur diſcretim. Attamen cum Angulus loca ſecat aliudue inſigne: duobus ſaltem pedibus loca diſtare ſat eſſe experimento noui. Id quoq; ſemper curandum ſtatui: aliquid inter locum et locum mediet: aut ipſummet in ordine notatu dignum locus fiat.

Cicero

Petrus rauēnas

Tertia regula. ¶ Ea quoq; continua erit locorum quantitas ne ſit nimis arcta vel alta: imagines ſiquidem latitudinis ſuperficiei et longitudinis proportionem exigunt: quemadmodum namq; pictor pro effingendis ſimulachris captat parietis ſpatium: quod ſufficit ita et artiſta faciat oportet. Hinc Fran

ciſcus (quem plerique imirantur magnitudi/ Fráciſc. nem non modicum ſed mediocrem locos ha/ Petr. bere neceſſum ait. Nam preter modum ma/ gna ampliuagas imagines reddunt: ⁊ nimis anguſta ſepe videntur imaginum non poſſe collocationem capere. In parua quippe fene/ ſtra nemo Camelum non concedet. Sic deni/ que ſi in ſpacioſo loco res per exigua conſiſtat: citationem ſenſus non defiget determinatio/ ne loci: vnde neque facilis erit inuentu. Quod Locus ſimiliter itidem memorie accidet vbi in nimis diſpēdioſus. amplo loco fingatur idolum. Magnus itaque locus imaginario quoppiam in duo ſcinda/ tur: vt inter binas columnas: aut duas fene/ ſtras improportionabiliter diſtantes fingas in pariete: promptuarium/ Aram/ altare ⁊ id ge Menſu/ nus ſimile: vt ad debitam locus reſtinguatur ra loci menſuram: vt ſi competentis ſtature virum cōpetēs. expanſis lacertis ſuperficiei applicueris recte longitudinem ſcilicet ſurſum: ⁊ latitudinem dextrorſum atque ſiniſtrorſum metieris. Non enim altior erit locus quam in pauimento ſiſtens manu contingere valeat: ne/ que amplior erit ſtatura me/ diocris viri: hecce nihilo minus experientia moderabitur: hec atta men figura quantitatem loci edocet.



Digitized by Google



Quarta regula

¶ Ea deniqꝫ locis interit q̈litas ne vel nimis obſcura ſint vel lucida nimis: aut figura vel forma ꝯſimili vel ēt ſpherica: Excellens ꝗppe obiectum corrūpit ſenſum: ⁊ hinc nō ꝓportionatum minus a potētia ſuſcipit. Nō enim noctua lumē ꝯtuetur ſolare: ⁊ exuperantia cādoris ꝯturbat viſum ne obiecta diſcernat: ita ⁊ in nimia claritatē locoꝝ ꝯcepta: reuerberationē patitur phātaſia vt quodāmodo imaginatio ꝯturbet. Accedit inſup ꝙ mens in perpulchro (cuiuſmodi eſt claritas) oblectata minus

Lucidi-tas no-cet.

aduertat nō raro decere perſpicuū: Añ non viridia prata: ⁊ Amenos cāpos ſeu iucunda flumina vel nemora delectabilia vbi varius eſt auiū ↄcētus pro ſtudij locis ſelegenda Petrarcha voluit ne cogitatio his affecta ab itētione auocet. Ubi autē loca nimis opaca obſcura ⁊ tenebroſa fuerint imagines nō quātum ſat eſt relucēſcēt. Ueluti optima queqꝫ idola in parietibꝰ efficta: viſui in caliginoſa nō patēt noctē. Naz etiā imaginatio ⁊ phātaſia ſeqt̄ plurimū apphenſionē exteriorꝝ ſenſuū: qđ ⁊ aliorꝝ doctrina ex de Senſu ⁊ ſenſato: ex ſcđo de aīa: ex lib. de memoria ac reminiſcētia teneo: ⁊ experiētia quoqꝫ didici. ¶ Propterea aūt locos diſſimili figure cōparandos ſtatuere fermē oēs qtenus diſtinctus iterluceāt. Sit itaqꝫ ⁊ locorum iter ſe ⁊ imaginū ab ipſis diſparitas. Siſitudo locorꝝ pre oībus maxime vitet̄ ipſe ſiqdē eſt ex paritate mentis turbatiua. Cū enim qs multa intercolūnia ſumat ſimilitudine locorꝝ ↄturbabit̄. Quēadmodū mihi obtigit dū ordinem librorꝝ biblie ⁊ materiarꝝ eius gn̄aliuz: in Cenobio quodam repoſui: nō hn̄re cellarꝝ dormitorij quante ſufficiebant orias. Id aūt mihi euenit qm̄ nullo pceptore artem didici: ſed ex ſolis ſcripturis qs ad plenū nō intellexeram: qtenus latētia eruerez integumēta miſteriorꝝ artis nō vndequaqꝫ explicita vt poſtmodum exercitatior pro modulo igenij cōpertū habui. Sunt nāqꝫ plurima ſepenumero ſecreta lr̄is pter indignos nō cōmittenda: ſed verbatim qbus ea fauemus cōicanda: nec ꝓpterea etiaz mireris ſi huc nō oīa retulimus q̄ verbo tenus

Frācis. Petr.

Locorūz ſiſitudo īpedit.

Exp imēti exemplum.

